ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ


ἡ θεία Λειτουργία.


S. GREGORII PAPÆ

quem DIALOGVM Græci cognominant, diuinum Officium, siue

MISSA.

Cum interpretatione Græca Georgij Codini.





Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ, κρατερῷ τ' αἰχμητῇ.

LVTETIÆ,

Apud FEDERICVM MORELLVM Architypographum Regium.

M. D. XCV.



C. V. IO. A S. ANDREA
ERVDITISS. AC RELIGIOSISS. Ecclesiæ Paris. Canonico FED. MORELLVS S.




EN Corollarium τῶν λειτουργικῶν. *A te profectũ, fidei meæ commissum, ad te reuertitur, & cultiore habitu, typísque informatum. Sic Hesiodus præcipit,* Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον. *Et hoc quoque munere locupletabitur Orientalis Ecclesiæ* γαζοφυλάκιον. *& simul euelletur scrupulus ex animo* εὐλαβῶν, *qui omnia tuta timent, cùm illã* γνησίαν *D. Petri* λειτουργίαν, *& hanc Gregorianam Græcè à Ge. Codino* κατὰ πόδα *expressam, inter se contulerint. Tu* V. C. *ex eorum numero qui*


Sæpe sui memores alios fecere merendo;

tuêre tua, & vtere fruere tuis: & nos, vt facis, ama. bene vale, σεμνὴ κεφαλή.





ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ
Διαλόγου ἡ θεία Λειτουργία.



ΜΕΛΛΩΝ ἱερεὺς ἱερουργήσειν, ἐνδὺς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ στὰς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λέγει,

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός.

Ὁ δὲ ὑπηρέτης ἀποκρινέσθω αὐτῷ τὸ λοιπόν·

Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εἶτα κλίνας ἑαυτὸν ὁ ἱερεὺς λέγει·


Ἐξομολογοῦμαι τῷ θεῷ καὶ τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ Μαρίᾳ, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἀδελφοί, ὅτι ἥμαρτον σφόδρα λόγῳ, ἔργῳ, διανοίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ. τούτου χάριν δέομαι ὑμῶν. δεήθητε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ θεοῦ·

Καὶ ἀποκρινέσθωσαν οἱ παρεστῶτες διὰ τοῦ ὑπηρέτου.

Οἰκτειρήσαι σε ὁ παντοδύναμος κύριος· καὶ παράσχοι σοι ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων σου πάντων· καὶ ῥύσαιτό σε παντὸς κακοῦ· σώσειέ τε



S. GREGORII PAPÆ QVEM DIALOGVM Græci cognominant, diuinum officium, siue MISSA.



ACERDOS Missam celebraturus, sacra veste indutus, & stans ante altare dicit, *Confitemini Domino quoniam bonus.* Minister autem respondeat illi quod sequitur, *Quoniam in seculũ misericordia eius.* Deinde inclinans seipsum sacerdos dicit: *Confiteor Deo & beatæ Virgini Mariæ & omnibus vobis fratres, quia peccaui nimis verbo, opere, cogitatione & omissione. Ideo precor vos vt oretis Deum pro me.* Tum respondeant qui adsunt, per ministrum, *Misereatur tui omnipotẽs Deus, & tribuat tibi remissionem peccatorum tuorum, & liberet te*

καὶ βεβαιώσειεν ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, καὶ ἀνάξειεν εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν. Εἶτα ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται·

Λύσιν καὶ ἄφεσιν πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παράσχοι ἡμῖν ὁ παντοδύναμος κύριος·

ἀποκρίνονται. Ἀμήν.

Ταύτης τῆς λύσεως καὶ τῆς συγχωρήσεως γινομένης, ὀρθώσας ἑαυτὸν λεγέτω.

Ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι κυρίου. ὁ λαός. Τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Καὶ προσεγγίσας τῷ θυσιαστηρίῳ, πάλιν κλίνας λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην, Ἄφελε ἀφ' ἡμῶν δέσποτα πάσας τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἵνα καθαραῖς διανοίαις ἀξιωθῶμεν εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Ταύτην εἰπὼν τὴν εὐχὴν φιλείτω τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὀρθωθεὶς σφραγιζέσθω ἑαυτὸν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ, καὶ τότε ἀρχέσθω τῆς λειτουργίας.

Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ τῶν Λατίνων λειτουργίᾳ τὰ μὲν ὡσαύτως λέγεται, τὰ δὲ καὶ ἀμείβεται ἢ προστίθεται σύμφωνα ταῖς κοιναῖς ἑορταῖς ἢ μνήμαις ἁγίων, ὑποδείγματος χάριν ἔδοξεν ἐκθέσθαι τὴν ἑορτὴν τῆς ἁγίας τριάδος πλευμένην ἱερουργίαν. Ἀνελθὼν τοίνυν ὁ ἱερεὺς καὶ στὰς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λέγει·

Εὐλογημένη εἴη ἡ ἁγία τριὰς, καὶ ἀδιαίρετος μονάς· ἐξομολογησόμεθα αὐτῇ, ὅτι

ab omni malo, saluétque te, & confirmet in omni opere bono, ac perducat in vitam æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen. Deinde precatur Sacerdos. *Absolutionem & remißionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens Dominus.* Respondent. Amen. Hac remissione & absolutione facta erigens se ipsum dicat, *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* Populus. *Qui fecit cœlum & terram.* Et accedens rursus, inclinans se dicit hanc orationem. *Aufer à nobis Domine cunctas iniquitates nostras vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire, per Christum Dominum nostrum. Amen.* Hac oratione dicta osculetur altare, & erectus signet seipsum signo crucis, & tum Missam incipiat. Quandoquidem in Missa Latinorũ nonnulla quidem eodẽ modo dicuntur, non nulla verò, aut mutantur, aut adduntur quę solemnibus ac cõmunibus festis memoriísque sanctorum conueniant, visum est exempli caussa festi sanctæ Trinitatis Missam proponere. Ascendẽs itaque Sacerdos stánsque ante âltare dicit: *Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia*

ἐποίησε μεθ' ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτῆς. εὐλογήσωμεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ἀμήν.

Δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. (καὶ τὰ ἑξῆς.) Κύριε ἐλέησον. γʹ. Χριστὲ ἐλέησον. γʹ. Κύριε ἐλέησον. γʹ. εἶτα. Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, μέχρι τοῦ, Σὺ εἶ μόνος ἅγιος, σὺ εἶ μόνος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. Ἀμήν. Εἶτα τὴν εὐχήν.

Γαῤῥοῦμέν σοι θεὲ καὶ αἰώνιε, ὁ χαρισάμενος ἡμῖν τοῖς δούλοις σου ἐν τῇ τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁμολογίᾳ τῆς αἰωνίου τριάδος ἐπιγνῶναι τὴν δόξαν, καὶ ἐν τῇ τῆς μεγαλειότητος δυνάμει προσκυνεῖν τὴν μονάδα, σοῦ δεόμεθα, ἵνα τῇ στεῤῥότητι τῆς πίστεως ταύτης ἀπὸ πάντων τῶν ἐναντίων ἀεὶ διατηρηθῶμεν ἀνώτεροι. διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς μετὰ σοῦ ζῇ καὶ βασιλεύει ἐν ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἶτα ὁ Ἀπόστολος· μεθ' ὃν στίχος μετὰ τοῦ ἀλληλούια. εἶτα τὸ εὐαγγέλιον καὶ μετὰ τοῦτο λέγει τὸ σύμβολον τῆς πίστεως.

Πιστεύω

fecit nobiscum misericordiam suam. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu, Amen. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et quæ sequuntur. *Kyrie eleison,* ter. *Christe eleison,* ter. *Kyrie eleison,* ter.

Deinde. *Gloria in excelsis Deo,* vsque ad, *Tu solus sanctus, tu solus es Dominus Iesu Christe, in gloria Dei patris, Amen.* Deinde orationem.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confeßione veræ Fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus vt eiusdem Fidei firmitate ob omnibus semper muniamur aduersis: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti, nunc & semper in secula seculorũ, Amen.

Deinde Apostolus; post quem versus cum Alleluia. Deinde Euangelium, & post illud, Fidei symbolum recitat.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν. καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα, Εὐλογητὸς ὁ θεός, καὶ πατήρ, καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅτι ἐποίησε μεθ' ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εἶτα ποιεῖ τὴν προσκομιδήν, καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ κατέχων ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις, καὶ μικρὸν ἀνάγων αὐτὸ λέγει.

Πρόσδεξαι τὴν προσφορὰν ταύτην ἁγία τριάς, ἣν σοι προσφέρω εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ παράσχου ταύτην ἐνώπιον τῆς σῆς δόξης εὐπρόσδεκτον ἀναβῆναι· ἔλεόν τε μετὰ σοῦ καὶ σωτηρίαν αἰώνιον, πᾶσι τοῖς εἰς σὲ πιστεύουσι κατεργάσασθαι.

Μετὰ δὲ τὸ ἀπονίψασθαι, συνάψας τὰς χεῖρας πρὸς τῷ στήθει, ἐλθών τε εἰς τὸ μέσον τοῦ θυσιαστηρίου ἐγκύπτων τὴν προσευχὴν λέγει· Ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν ἐνώπιον σου Κύριε, καὶ οὕτω γένοιτο ἡ θυσία ἡμῶν, ὥστε παρὰ σοῦ σήμερον προσδεχθῆναι ἐν ἀρεσκείᾳ. Μετὰ τοῦτο ὀρθώσας ἑαυτόν, καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἐπιστραφεὶς λέγει· Εὔξασθε ἀδελφοί, ἵνα ἡ ἐμὴ ὁμοίως καὶ ἡ ὑμετέρα θυσία ἔναντι κυρίου εὐπρόσδεκτος γένηται. Εἶτα λέγει τὴν εὐχήν.

Credo in vnum Deum, & cætera. Postea. *Benedictus sit Deus & Pater vnigenitúsque Dei filius, sanctus quoque Spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam.*

Deinde oblationem peragit, & accipiens calicem, manúque eum tenẽs vtraque, ac paululum eleuans dicit,

Suscipe sancta Trinitas hāc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam paßionis Domini nostri Iesu Christi, & concede vt acceptabilis in conspectu gloriæ tuæ ascendat, & misericordiam apud te ac salutem æternam omnibus in te credentibus operetur.

Postea vero quàm manus lauit, eásque ante pectus iunxit, ad medium progressus altare effundens orationem dicit: *In spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.* Postea seipsum erigens & ad populũ conuertens ait. *Orate fratres vt meum pariter ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Dominum.*

Deinde dicit orationem.

Κύριε ὁ θεὸς ἁγίασον δεόμεθά σου ταύτης τῆς προσφορᾶς τὴν θυσίαν τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, καὶ δι' αὐτῆς τελείωσον ἡμᾶς, ὥστε προσαγαγεῖν σοι ἡμᾶς αὐτοὺς δῶρον αἰώνιον, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Λεγέσθω δὲ αὐτὴν μυστικῶς. εἶτα ἐκφωνεῖ. Εἰς πάντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ λαός. (Αμήν.) ὁ ἱερεύς· Ο' κύριος μεθ' ἡμῶν. ὁ λαός. καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου (ὁ ἱερεύς) Α'νω τὰς καρδίας. ὁ λαός. Σχῶμεν πρὸς τὸν κύριον. ὁ ἱερεύς. Ευχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν. ὁ λαός. Αξιον καὶ δίκαιον ἐστίν.

ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Αληθῶς ἄξιον καὶ δίκαιον, πρέπον τε καὶ σωτηριῶδες ἡμᾶς σοι πάντοτε καὶ πανταχοῦ χάριτας ὁμολογεῖν, ἅγιε, αἰώνιε κύριε, θεὲ πάτερ παντοκράτορ· ὃς σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, εἷς ὑπάρχεις θεός, εἷς κύριος, οὐκ ἐν ἑνὸς προσώπου μονάδι, ἀλλ' ἐν μιᾶς οὐσίας τρισὶ προσώποις. ὃ γὰρ ἀποκαλύπτοντός σου πιστεύομεν, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ σου, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ἀδιακρί-

Sanctifica quæsumus domine Deus noster per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam, & per eam perfice vt offeramus nosmetipsos tibi munus æternum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Dicat autem illam secreto. Deinde elata voce ait. *Per omnia secula seculorum.* Populus. *Amen.* Sacerdos. *Dominus vobiscum.* Populus. *Et cum spiritu tuo.* Sacerdos. *Sursum corda.* Populus. *Habemus ad Dominum.* Sacerdos. *Gratias agamus Domino Deo nostro.* Populus. *Dignum & iustum est.* Sacerdos orat. *Vere dignum & iustū est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte pater omnipotēs æterne Deus, qui cum vnigenito Filio tuo & Spiritu sancto tuo vnus es Deus, vnus es dominus, non in vnius singularitate personæ, sed in vnius substantiæ tribus personis. quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritusancto tuo, sine differentia*

τως καὶ χωρὶς διαφορᾶς πάσης φερομένου· ἵνα οὕτως ἐν τῇ τῆς ἀληθοῦς καὶ αἰωνίου θεότητος ὁμολογίᾳ ἐν μὲν τοῖς προσώποις ἡ ἰδιότης, ἡ δὲ μονὰς ἐν τῇ οὐσίᾳ, ἡ δὲ ἰσότης ἐν τῇ μεγαλειότητι προσκυνῆται. ἣν ὑμνοῦσιν οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ Ἀρχάγγελοι, τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ, αἰεὶ καὶ ἀκαταπαύστως βοῶντα, καὶ λέγοντα. ὁ λαός. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου. Καὶ τὰ λοιπά. Ὁ ἱερεὺς μυστικῶς. Σοὶ τοίνυν ἐπιεικέστατε καὶ εὔσπλαγχνε πάτερ προσπίπτοντες αἰτούμεθα καὶ ἱκετεύομεν διὰ τοῦ μονογενοῦς σοῦ υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετ' εὐφημείας προσδέξῃ καὶ εὐλογήσῃς τὴν προσφορὰν, ταῦτα τὰ δῶρα, ταύτην τὴν ἁγίαν καὶ ἄψαυστον καὶ καθαρωτάτην θυσίαν, ἣν σοι προσάγομεν ἐν πρώτοις ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου καὶ Καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἣν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καταξίωσον εἰρηνοποιεῖν, διατηρεῖν, ἑνοῦν καὶ ποιμαίνειν, ἅμα τῷ δούλῳ σου Πάπα ἡμῶν τῷ δεῖνι, καὶ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν.

[& sine vlla discretione] *sentimus, vt in confeßione veræ sempiternæque deitatis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli & Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim, quæ non cessant clamare quotidie vna voce dicentia.* Populus. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, pleni sunt cœli & terra gloria tua, &c.* Sacerdos secretò.

Te igitur clementißime ac misericors Pater, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus vti accepta habeas, & benedicas, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, illibata, imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica: quam pacificare, custodire, adunare & regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa nostro N. *& Rege nostro* N.

πᾶσι τοῖς ὀρθοδόξοις τοῖς Καθολικῆς καὶ Αποστολικῆς πίστεως λατρευταῖς. Μνήσθητι κύριε τῶν δούλων σου πάντων καὶ πασῶν, καὶ πάντων τῶν περιεστώτων σοί. ὧν ἡ πίστις ἔγνωσταί σοι καὶ ἡ εὐλάβεια δήλη· ὑπὲρ ὧν σοι προσφέρομεν, ἢ καὶ ἐκεῖνοι προσφέρουσι σοι ταύτην τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τῶν ἰδίων πάντων, ὑπὲρ ἀπολυτρώσεως τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ὑπὲρ ἐλπίδος τῆς σωτηρίας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑγείας αὐτῶν, ἀποδιδόντες σοὶ τῷ αἰωνίῳ καὶ ἀληθεῖ καὶ ζῶντι θεῷ τὰς εὐχὰς αὐτῶν. Κοινωνοῦντες καὶ τὴν μνήμην σέβοντες, ἐν πρώτοις τῆς ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν μακαρίων Αποστόλων, καὶ Μαρτύρων, Πέτρου, καὶ Παύλου, Ανδρέου, Ιακώβου, Ιωάννου, Θωμᾶ, Ιακώβου, Φιλίππου, Βαρθολομαίου, Σίμωνος, Θαδδαίου, Ματθίου, Κλήτου, Κλήμεντος, Ξύστου, Κορνηλίου, Κυπριανοῦ, Λαυρεντίου, Χρυσογόνου, Ιωάννου, καὶ Παύλου, Κοσμᾶ, καὶ Δαμιανοῦ, καὶ πάντων σου τῶν

& omnibus orthodoxis Catholicæ & Apostolicæ Fidei cultoribus. Memento Domine famulorum tuorum cunctorum atque cunctarum, & omnium [tibi astantium] *quorum tibi fides cognita est & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ, tibique reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero.*

Communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ & semper-virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri IESV *Christi: & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Simonis, Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium*

ἁγίων, ὧν ταῖς ἀγαθοεργίαις καὶ δεήσεσι χάρισαι ἡμῖν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων τῇ τῆς σῆς βοηθείας ὑπερασπισμῷ τετειχισμένους ὑπάρχειν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Ἀμήν· Ταύτην τοίνυν τὴν ἡμετέραν τῆς οἰκίας σοῦ δουλικὴν προσφορὰν δεόμεθά σου κύριε μετ' εὐμενείας προσδέξασθαι, τάς τε ἡμέρας ἡμῶν ἐν τῇ σῇ τηρῆσαι εἰρήνῃ, καὶ τῆς αἰωνίου κατακρίσεως ἡμᾶς λυτρώσασθαι, καὶ ἐν τῇ τῶν ἐκλεκτῶν σου ποίμνῃ εὐδόκησαι ἡμᾶς συναριθμηθῆναι· ἣν δὴ προσφορὰν ποίησαι καταξιώσον κύριε εὐλογημένην, ἀπογεγραμμένην, βεβαίαν, λογικὴν καὶ εὐπρόσδεκτον. ὥστε γενέσθαι ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς πρὸ τοῦ παθεῖν λαβὼν ἄρτον εἰς τὰς ἁγίας καὶ προσκυνητὰς αὐτοῦ χεῖρας, καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν εἰς σε τὸν πατέρα αὐτοῦ τὸν παντοκράτορα θεὸν, καὶ εὐχαριστήσας, εὐλογήσας τε καὶ κλάσας, δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων·

sanctorum tuorum: quorum meritis precibúsque concedas, Vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine: Vt placatus accipias, diésque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictam, ascriptam, ratã, rationabilem acceptabilémque facere digneris: Vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectißimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui pridie quam pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cœlum, ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, dedítque discipulis suis, dicens:

Ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ταῖς δυσὶ χερσὶν αὐτοῦ ὑψοῖ αὐτὸν ἄνω βλέπων κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἐμφαίνων τοῦτον πᾶσι τῷ λαῷ, λέγει μυστικῶς τό,

Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Ὁμοίως δὲ μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν καὶ τοῦτο τὸ λαμπρότατον ποτήριον εἰς τὰς ἁγίας αὐτοῦ χεῖρας ὁμοίως καὶ χάριτας ὁμολογήσας, εὐλόγησε καὶ δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων, Λάβετε καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ ποτήριον τοῦ αἵματός μου τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ μυστήριον τῆς πίστεως, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὑψῶν δὲ καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως, καθὼς καὶ τὸν ἄρτον, λέγει.

Ὁσάκις δ' ἂν τοῦτο ποιεῖτε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν τοῦτο ποιεῖτε. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς οἱ σοὶ δοῦλοι, κύριε, καὶ ὁ λαός σου οὗτος ὁ ἅγιος, μεμνημένοι αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ μακαρίου πάθους, ἔτι τε τῆς ἐκ τοῦ ᾅδου ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐνδόξου ἀναβάσεως, προσφέρομεν τῇ μεγαλωσύνῃ σου

Hoc loco Sacerdos accepto ambabus manibus ſuis, pane, ipſum attollit ſurſum reſpiciens ad orientem, cúmque toti populo oſtendens ait ſecreto, *Accipite & manducate.* *Hoc eſt corpus meum.*

Simili modo poſtquam cœnatum eſt, accipiens & hunc præclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, benedixit deditque diſcipulis ſuis, dicens, Accipite & bibite ex eo omnes. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

Eleuáns autem calicem eodem modo quo panem, ait,

Hæc quotieſcunque feceritis: in mei memoriam facietis. Vnde & memores, Domine, nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, eiuſdem Chriſti filij tui Domini noſtri, tam beatæ paſsionis, nec non ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis, offerimus Maieſtati tuæ,

ἐκ τῶν σῶν δωρεῶν, καὶ χαρίτων, θυσίαν ἁγίαν, ἄρτον ἅγιον ζωῆς αἰωνίου, καὶ ποτήριον σωτηρίου διηνεκοῦς. ἐφ᾽ ἃ ἵλεῳ, καὶ εὐσπλάγχνῳ προσώπῳ ἀξίωσον ἐπιβλέψαι, καὶ προσδέξασθαι, ὡς τὰ δῶρα τοῦ δικαίου παιδός σου Ἄβελ καὶ τοῦ Πατριάρχου ἡμῶν Ἀβραὰμ θυσίαν, καὶ ὅ σοι προσηνέγκεν ὁ ἀρχιερεύς σου Μελχισεδὲκ θυσίαν ἁγίαν, θυσίαν ἄχραντον· προσπίπτοντες δεόμεθά σου, κύριε, πρόσταξον ἀπενεχθῆναι ταῦτα διὰ χειρὸς Ἀγγέλου σου εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον ἐνώπιον τῆς σῆς μεγαλειότητος. ἵνα πάντες ὅσοι τῇ μετοχῇ τοῦ ἁγίου τούτου θυσιαστηρίου, τοῦ ἁγίου καὶ ἱερωτάτου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ υἱοῦ σου κοινωνῶμεν, πάσης εὐλογίας, καὶ χάριτος οὐρανίου πληρούμενοι, δι᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Μνήσθητι, καὶ τῶν δούλων σου πάντων, καὶ πασῶν, οἱ μετὰ τοῦ σημείου τῆς πίστεως προαπῆλθον ἡμῶν, καὶ ὕπνον εἰρήνης κεκοίμηνται· καὶ δεόμεθά σου, ἵνα πᾶσι τοῖς ἐν

de tuis donis ac datis, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ: supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicut munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech: sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in supercœleste altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Memento etiam domine famulorum tuorum, cunctorum atque cunctarum, qui nos † præcesserunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsis Domine & omnibus in præmortui sunt.

Χριστῷ ἀναπαυσαμένοις χώραν ἀναψύξεως καὶ φωτός, καὶ εἰρήνης, παράσχης δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Ἡμῖν τε τοῖς ἁμαρτωλοῖς δούλοις σου τοῖς τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, Ἀποστόλων, καὶ Μαρτύρων, Ἰωάννου, Στεφάνου, Ματθίου, καὶ Βαρνάβα, Ἰγνατίου, Ἀλεξάνδρου, Μαρκελίνου, Φηλικιτάτης, περπετούας, Ἀγάθης, Λουκίας, Ἁγνῆς, Καικιλίας, Ἀναστασίας, καὶ πάντων σὺν τῶν ἁγίων, ὧν τῇ ἑταιρείᾳ καταξίωσον ἡμᾶς συνάψαι, ὁ μὴ τῶν ἔργων λογιστὴς ἀλλὰ συγγνωμῶν καὶ οἰκτιρμῶν παρέχεις, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ταῦτα πάντα τὰ ἀγαθὰ κύριε δημιουργεῖς, ἁγιάζεις, ζωοποιεῖς, εὐλογεῖς καὶ παρέχεις ἡμῖν, δι' αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ.

Εἶτα ἐκφωνεῖ. Εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ λαός. Ἀμήν. Ὁ ἱερεύς. Εὐξώμεθα ταῖς σωτηριώδεσιν ἐντολαῖς διδαχθέντες καὶ τῇ θείᾳ παραδόσει τυπωθέντες τολμῶμεν λέγειν· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τοῦ, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ

Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas deprecamur, per eundem Christum Dominum nostrum. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam, & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus, cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, & omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte. Per Christum dominum nostrum: Per quem hæc omnia semper bona creas, sanctificas, Viuificas, Benedicis & præstas nobis: Per ipsum, & cum ipso, & in ipso.

Deinde elata voce ait. *Per omnia secula seculorum.* Populus, *Amen.*

Sacerdos.

Oremus: Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere: Pater noster qui es in cœlis &c. vsque ad, *Sed libera nos à malo.*

πονηροῦ. τοῦτο γὰρ λέγει ὁ λαός. καὶ πάλιν ὁ ἱερεύς,

Ῥῦσαι ἡμᾶς δεόμεθα κύριε παντὸς κακοῦ παρελθόντος, παρόντος καὶ μέλλοντος· καὶ μεσιτευούσης τῆς μακαρίας ἀειπαρθένου καὶ ἐνδόξου θεοτόκου Μαρίας, καὶ τῶν μακαρίων σου Ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων, δώρησαι ἔλεος καὶ εἰρήνην ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, ἵνα τῇ βοηθείᾳ τῶν πλουσίων τῶν οἰκτιρμῶν, πάσης τε ἁμαρτίας ῥυσθῶμεν, καὶ ἀπὸ πάσης ταραχῆς ἀπτόητοι διαμένωμεν, δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὃς μετὰ σοῦ ζῇ καὶ βασιλεύει ἐν ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Εἶτα. Ἡ εἰρήνη τοῦ κυρίου εἴη πάντοτε μεθ' ὑμῶν. καὶ ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Εἶτα διαιρεῖ ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον εἰς δύο μερίδας, ὧν τὴν ἑτέραν πάλιν εἰς δύο καὶ τὸ διχοτόμημα δηλονότι τοῦ ὅλου καὶ τὸ ἥμισυ κατέχει τῇ ἀριστερᾷ χειρί, τὸ δὲ λοιπὸν ἐμβάλλει τῷ ποτηρίῳ, λέγων δίς.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς. τὸ δὲ τρίτον λέγει.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ

Id enim à populo dicitur. Et rursus Sacerdos ait:

Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris: & intercedente beata & gloriosa semper-virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis, & omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: vt ope copiosæ misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi: Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti, nunc & semper, & per omnia secula seculorum. Amē.

Deinde, *Pax Domini sit semper vobiscum.* Populus, *Et cum spiritu tuo.*

Deinde Sacerdos diuidit panem in duas partes, quarum alteram rursus in duas, & dimidium totius cum alterius partis dimidio manu sinistra tenet, reliquum autem in calicem immittit dicens bis. *Agnus Dei, qui tollis peccata*

κόσμου, δώρησαι ἡμῖν εἰρήνην. Εἶτα ἐπιλέγει.
Αὕτη ἡ ἕνωσις τοῦ ἁγίου καὶ ἱεροῦ σώματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ· γένοιτο δὲ καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς μετέχουσιν εἰς ὑγείαν ψυχῆς τε καὶ σώματος· σωτηριώδης ἑτοιμασία πρὸς τὸ τυχεῖν καὶ λαβέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Αμήν.

Κύριε Ιησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ βουλήσει τοῦ πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τοῦ θανάτου σου τὸν κόσμον ζωοποιήσας, ῥῦσαί με διὰ τούτου τοῦ ἁγίου σου σώματος καὶ αἵματος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου, καὶ ποίησόν με ἀεὶ ταῖς σαῖς ὑπακούειν ἐντολαῖς, καὶ μηδέποτε συγχωρήσῃς μοί σου χωρισθῆναι· ὃς ζῇς καὶ βασιλεύεις μετὰ τοῦ πατρὸς ἐν ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

Τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ διατηρήσαι με εἰς τὴν αἰώνιον ζωήν. Αμήν. ΤΕΛΟΣ.

74


mundi: miserere nobis. Tertio vero dicit. *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.*

Deinde dicit. *Hæc commistio sancti* † *& sacri corporis Domini nostri Iesu Christi: Fiat autem mihi, & omnibus accipientibus ad sanitatem mentis & corporis salutaris præparatio, ad consequendam vitam æternam, per dominum nostrum Iesum Christum, Amen.* Sacrosanct.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum viuificasti, libera me per hoc sacrosanctum Corpus & sanguinem tuum, ab vniuersis malis & ab omnibus iniquitatibus meis, & fac me tuis inhærere † *mandatis, & à te nunquam separari permittas. Qui viuis & regnas cum Patre in vnitate Spiritus sancti, in secula seculorum, Amen.* obedire.

Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat me in vitam æternam. Amen.

FINIS.



ΥΜΝΟΣ ΤΟΥ ἁγίου ΘΩΜΑ Ακουϊνάτου, εἰς τὴν τοῦ παναγίου σώματος ΧΡΙΣΤΟΥ ἑορτὴν, ὑπὸ ΦΕΔ. ΜΟΡΕΛΛΟΥ Δ. Β. ἑρμηνευθείς.

Αδε γλῶττα κυδήεντος Σώματος μυστήριον, Αἵματός τε πολυτίμου, Ὅγ' ἐσκόσμου ἄποινα Καρπὸς γαστέρος γενναίας, Αναξ ἐθνῶν ἔχεεν.

Ἡμῖν δοθεὶς, ἡμῖν φυεὶς, Ἐξ ἀφθόρου παρθένου, Καὶ τῷ κόσμῳ ὁμιλήσας, Λόγου σπόρου σπαρέντος, Διαγωγῆς ἧς τελευτὴν, Θεκλέῳ κλεῖσε τάξει.

Ἐν ὑστάτου νυκτὶ δόρπου, Ἀνακλιθεὶς ἅμ' ἀδελφοῖς, Τηρηθέντος νόμου πάνυ, Σιτίοις ἐπ' ἐννόμοις, Ἐδεσμ' ὄχλῳ δυοδεκάτῳ Αὐτὸν χερσὶν αἷς ἔδω.

HYMNVS D. THOMÆ DE Aquino, in Festo Corporis CHRISTI.

Pange lingua gloriosi Corporis mysteriũ, Sanguinisque pretiosi, Quem in mundi pretium Fructus ventris generosi, Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus, Ex intacta virgine, Et in mundo conuersatus, Sparso verbi semine, Sui moras incolatus Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ Recumbens cum fratribus, Obseruata lege pleniè, Cibis in legalibus, Cibum turbæ duodenæ se dat suis manibus.